in unum collecti, et in dicto oppido se recipientes, quadam die obsidionis
exportis erumpentes, hostili acie archiepiscopum bello petunt. Facta
igitur belli aggressione cruenta, ipse archiepiscopus potitus victoria cepit
municionem, et castrum forte infra septa positum funditus destruxit,
quod quidem adhuc ~~ruine~~ ruine esque in presens attestantur. Cepit ~~igitur~~ insuper
oppidum Durne[a] et quasi omnia fortalicia et municionis comita-
tus Iuliacensis, paucis exceptis, utpote Nydeprie atque Heymbach[b],
Et sic in dicto comitatu ibi subingesto omnia pro libitu disponens,
cepit castrum Bedburr et in circuitu ~~cui~~ circiter ~~XII~~ viginti quatuor fortalicia,
quorundam com minuit, alia ibi subingessit. In quo quidem pro-
cessu bellorum cives coloniensis pro parte archiepiscopi ferun-
tur fortiter conferisse. Eadem siquidem tempestate ipse archiepiscopus
oppidum Sulpetense fortiter communivit, et ibidem castrum forte in
allodio beati petri construxit. Tandem dux Lymburgensis cum aliis
nobilibus de consanguinitate comitis ~~adeo~~ Iuliacensis defuncti
terras hostiliter invadentes dictum oppidum Sulpetense obsederunt;
propter ~~ver~~ veram[a] resistentiam dicti domini Syffridi, qui ~~semper~~ semper
adversarii fortiter opposuit, ipsi ab obsidione dicte municionis
in avete recesserunt. Post longam itaque guerrarum fatigatio-
nem, mediantibus amicis pax inter dictas partes intervenit, mu-
nicionibus per episcopum captis ad comitatum Iuliacensem,
quae contracte nondum fuerant, restituit. Tandem dictus
Syffridus Archiepiscopus, in cunctis pro iuribus ecclesie
gerens animum indefessum, obsedit castrum Kerpene[a] valenter,
octo ebdomadis, et obtento incendio devastavit, in contemptum
videlicet Johannis ducis Brabantie, qui illud sibi asserebat ab here-
dibus de Gynnich. Quod tamen castrum per dictum ducem fuit
postmodum fortius reparatum; et hoc quidem seminarium
fuit odii atque rancorum inter dictum archiepiscopum coloniensem
et ducem Brabantie. Inter quos surrexit postea duci bellama-
teria, prout infra apparebit. Idem quoque Syffridus archi-
episcopus continue bellis vicinorum ecclesie pulsatus, diabusiti-
lung ducens exercitum ~~contra~~ adversus Adolphum comitem
de monte, Tandem veneris cum ipso ad concordiam, com-
pulit eundem comitem deponere duas turres, quas ad forta-
licia ~~contra~~ contra ecclesiam fortiter munierat, videlicet in Molenchen
et Munchejn, ~~cum pacto~~ cum pacto, quod reedificari non deberent ad
perpetuam rei memoriam talites permanerent. Porro cum
Romanorum rex Radulphus convocaret solemnem curiam
principum et prelatorum apud Herisolim cum domino
Martino papa quarto concordasset, quod ab omnibus terris cultis

[a] Duren 2.
[b] Heymbach 2.

~~[a] Tuffi tolubi tu.~~

~~tot turnus propter leg.~~
[a] ~~veram d.~~

56.

[a] Kerpene 2.

57.